Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift





possit honeste rediberi. eis reseruatur. Quod si forte dominus abba vel priores
sunt in infirmaria. et si communem refectionem propter eos omiserit. hoc
non notatur. Post complectum attendit. ut aqua benedicta per se aut per fratrem
aliquem illic dormientem per omnes lectos infirmorum aspergatur. exceptis dominicis
diebus. Et cum hora fuerit ut omnes iam se debeant collocasse. ipse vel
adiutor eius cum absconsa necessarias perlustrat. Quod autem unusquisque eorum in
die quotiens opus fuerit. et post collationem bibere possit. dicere non ex
pedit. cum infirmis huiusmodi lex posita non sit. Unde etiam infirmarius
post complectum aliquot iusticias cum potu in promptu poni procurat. ut quisque
eorum sitim paciens. etiam innocte eam extinguere ualeat. Quem tamen oportet
scire quod apud semetipsum tantum tunc temporis debet potum benedicere.
Eidem quoque infirmario est obseruandum ne quid loquatur in tempore si
lentii cum aliquo infirmo nisi quod ab utroque insinuari non ualet per signum
excepto quem talis infirmitas grauat. quod per ipsa egritudine hoc obseruare
nequeat. Nulli etiam ualde egrotanti absque licentia culcitram sup
ponit. et tamen cuilibet ieiunare non ualenti ut alios prandendo
preueniat concedit. Infirmis quoque nequaquam concedit ut in tempore si
lentii et maxime inter come[illegible]dendum ad se inuicem aliquid
loquantur. sed cum infirmario tunc temporis [illegible] eo quo prefatum est
ordine absque licentia quem fit necessaria loqui non [illegible] prohibetur.
Ipsi etiam in capite ieiunii non nudis pedibus cineres accipiendo.
in purificatione Marie cereos. et in palmis ramos palmarum offeren
do fit ultimi. Si quis eorum uires non habet. is nec cineres accipiet. Si quis
etiam eorum in xlma alio cibo refici non ualet. lacte vel alio huic simili
cibo utitur. Qualibet die regularis ieiunii audito signo ad nonam
secundo. oratur faciunt prius quam incipiant eam. Vestimenta sua que suspen
denda sunt. in suo claustro suspendunt. quod tamen alii pro indulta
gratia ibi [illegible] dormientes non faciunt. Aquibus et hoc summopere cauetur.